



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 2. Prodit Ecclesia cum milite Gentili, sed sancto, qui negligentia vestrae
rationes, cur sancti non sitis excindat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

quam plurima, ut quotquot eum tangerent, sanaret; & particulariter, cum ad pedem montis subsisteret, leprosum mundavit, præcipiendo tantum: *Volo, mundare.* Vtbi Capharnaum proximus erat hic mons, proinde statim ad illum lucis suæ radij pervaserunt, famam præcurrente, quæ de cunctis hinc prodigiis peruolabat; Hanc versus Christus iter suum arripit, eam ingreditur, cum omnes illuminati; verumtamen, qui iam ut lateres, Pharisæos, Scribas & Sacerdotes intelligo, quorum magnus illic numerus habitabat: ad quos cum lux illa perveniret, Audierant enim famam celeberrimorum Christi miraculorum, insuper & oculos eorum perstringeret (multi enim ea viderant) lux illa tamen corda illorum minimè penetravit, aut perluxit: cum divinæ personæ non cognoscerent essentiam. Verum enim verò fuit illic præclarum speculum Romanorum cohortis Centurio: nam solis primis radiis ad eum accedentibus famæ Christi, adeo lux Divina cor eius pervasit, ut adinstar fulgidissimi speculi, radios ex se emitteret clarissimos, in Christi Domini cognitione. O quæ fides tam viva, quæ post se relinquit perfectissimos in fide Israelitas? Quæ charitas adeo flammivoma, quod cor tam humile, quæ humilitas tam submissa, quæ personæ Christi confessio tam integra; quæ protestationes tam omni ex parte completæ, quæ reverentia tam religiosa, quæ religio tam sapiens, qui virtutum actus tam heroici? Admiratur hunc D. Basil. & eorum, quas in ipso considerat: virtutum magnitudine stupefactus

D. BAS. ait: *Inter arma sanctus, inter ludos militum iustus, inter aureos baltheos humilis, orationis magister effectus.* Nec multum, D. Basil. admiratum tantam fuisse lucem, cum ipse sol Christus eam sit admiratus. Et nos illam consideremus, & faxit Deus, ut illuminemur.

§. 2. Prodit Ecclesia cum milite Gentili sancto, qui negligentia vestra rationes, ne sancti sitis, excindat.

¶ 4 **C**um sit hoc speculum tam lucidum, & adeo fulgidos à se emittat virtutum radios, quibus nos modum agendi cum Deo doceat, Ecclesia illud nobis ob oculos ponit, statim in principio Quadragesimæ, ut simul ex illo nostram confundat negligentiam, & radicatus dicitur D. Ambrosius, instituere concionem de militibus, To. 5. tibus, & notat quod Deus per illos velit pluri-

mos convincere, qui reprehensi ob suas libertates, dissolutiones, peruersos agendi modos, de votionem hæc dicit, in Sacramento- rum frequenta ione, in excusationem prætextant obligationem seu vinculum status sui: *varias dunt Quod ipsi gerunt, officiis suis adscribunt.* Si nobis legem te- lein interrogas, ut quid sic mundi vanitatibus tunc addidit vivat, reditus suos immodicè prodigens, elemosynas non largiatur, debita non solvat, grauet sibi servientes? Respondet, hoc à exigere statum suum, nec posse principale suum conservare, nisi illo modo vivat. Si adolescentem arguas, cur sic effænis, libertinus, immemor Dei, ac cæli, hanc inquietans, illam sollicitans, tempus nugis desperens? Respondet, hoc secum ducere iuventutem, feruere sanguinem, & eo modo vivere sibi coequalis. Si mercatorem aderes: quare ne parvo quidem tempore sese recolligas, ut cum Deo vitæ suæ instituat rationes, quas cum habeat valde confusas & in longum dilatatas, iustum fore, attendat diligenter, & debitorem & debitum, & cum debitum sit instum, vix vlla, seu minima sit solutio? Respondet, his statum suum locum seu tempus non concedere, qui ter eum deinceps correspondentiis, cum altero mercatore cambus, censuum constitutionibus, ut sibi ad alia nullum superfit tempus. Si officium manuarium reprehendas: cur tot dolis, fraudibus ac mendaciis circumueniat proximum? Respondet, quod sine illis officium suum minimè possit sustentare. Si ab vxorato requiras, quid sit quod unâ per diem horâ se non subducas, legendum suum rosarium, persequendo animam suam, se ad recipienda dona cælestia disponas? Respondet. Domine status meus hoc mihi non permittit, qui tantis me obstringit nodis, ut iam dixerit D. Paul. *Qui cum vxore est, sollicitus est sicut sunt mundi.*

Magnam excitas seditionem (ait D. Ambrosius) D. Ambrosius. criminum tuorum culpam statui & officiis imputando, cum officium seu status, culpam non habeat, sed malitia tua, & cor inordinatum: nullus enim est status, ætas nulla, nullum in Ecclesia officium, in quo Deo seruire non possis, & bonus euadere, si modo vitam rationis legibus conformem duxeris, quibus quilibet status innuitur. *Cunctis officiis in sacris literis præscribitur forma vivendi omnis ad bene agendum pronaturus, ætas & dignitas. Nemo igitur publicis se excuset actibus.* Hoc tibi non negaui, status aliquos esse magis liberos, & ampliores præbere occasiones Deo seruiendi, præ aliis; ac in quibusdam maiorâ occurrere acquirendæ perfectioni quàm in aliis.

impedimenta : patet enim statum Ecclesiasticum & religionis apertorem esse, & multo minoram secum trahere obstacula perfectioni, quam secularem. Hoc autem tibi confirmatum volo, in statu nobilitatis, juvenis, mercatoris, ministrorum, vxorati, ferui, & militis, te sanctitatis posse apicem adipisci.

Quis (amabo) vxoratum te retrahit, ne vel paruo tempore cum Deo possis conuersari, & vt Moyses agere familiariter? Quis, te diuitem impedit elemosynas largiti, vt Abraham? quis te nobilem auctoritate tua, pauperi viduæ, pupillo te præbere defensorum, vt Iob? Ve verò his nihil opponas aut replicas, en tibi militem, qui talis tota suâ vixerat vitâ (non enim diu crearetur, nisi ante talis extitisset) Sanctum, piûm, fide viuâ, religione pia, feruenti oratione, profunda humilitate, ac deuoti charitate, tam perfectum, qui inter fistulas, tympana, lanceas, gladios, & conuulsos tumultus bellici apparatus seu fragores, sanctiores totius Israel longius antecurrit, quem ipse Christus admiratur: non inueni tantam fidem in Israel. Quem dixeris mihi statum à virtute magis alienum, qui plura offarat obstacula perfectioni, qui rationes obtendat efficaciores recollectioni, pietati, deuotioni, humilitati, & homini dedito orationi: nullum, præter militiam, in qua agitur vita in strepitu, & fragore militari, perpetua cura hostem aggrediendi, repedandi, & propriæ vitæ discrimine. Quis status plures ingerit libertati & distractionibus occasiones? Hic semper vigent bombardæ, gladii, chartæ lusoriæ, alearum lusus, occurfus & ingressus, mulierum & vaforum? quis status ad immunditias, stupra, adulteria, furta, rapinas, crudelitatem procliuor? Vt rem certo certiore ait Poeta Lucanus.

LYCANA contra Faustum c. 9. & L. 22. c. 74 Tom. 6.

Nulla fides, pietasque virtus, qui castra sequuntur. Hanc ob rationem, (vt notat Aristoteles, & prosequitur D. Aug. sapientiores Poetæ quos Theologos dicebant, fabulati sunt, Deam Venerem, Cupidinis matrem, Vxorem Vulcani, Fabrorum Deorum deprehensam cum Marte militiæ Deo in adulterio: adulteria enim inter milites maxime regnare nullus inficiatur, ibi etenim plures vigent occasiones, & comessationes ac ebrietates, quas D. Paul. impudicitis conjungit, dum ait: Non in comessationibus, & ebrietatibus, non

Rom. c. 13. in cubilibus & impudicijs.

Dic mihi vbi magis locum habeant, furta, rapinae, depraedationes, direptiones, grauamina, quam inter milite? Et siquidem hæc inter illos vigeant etiam modò, multò tanen magis hæc inter Gentilium milites locum habebant, qui sicut vinebant, sine fide, sine Deo, sine legibus, rumque sine timore gehennæ, & sine spe præmij celestis: tota eorum vita, mores & actus, adulteris, stupris, rapinis, latrocinis, depraedationibus constabant. Refert D. Aug. colloquium, (relatum à Sallustio, quem prænotat: Nobilitate

III. Vita militaris ple scelerata

D. Chr. in 3. tra. dicitur. Consilio. Et Hieron. in de uoluptate. Tom. 1. Epist. 9. ad Galatias.

Hieron. in 3. tra. dicitur. Consilio. Et Hieron. in de uoluptate. Tom. 1. Epist. 9. ad Galatias.

Hieron. in 3. tra. dicitur. Consilio. Et Hieron. in de uoluptate. Tom. 1. Epist. 9. ad Galatias.

Hieron. in 3. tra. dicitur. Consilio. Et Hieron. in de uoluptate. Tom. 1. Epist. 9. ad Galatias.

Hieron. Bap. de Ia Nazæ. Tom. 1.

veritas

veritatis autorem) habitum à primo illo Imperatore, & celeberrimo Duce Iulio Cæsare, eorum Romano senatu; ubi agit de militia, & ait vitam eorum qui castra sequuntur. omnimodo componi rapinis, adulteris, peruriis, sacrilegiis, iniquis: *f. militare est enim bellis* (ait) *puellis in-ferre vim, puerulos auferre, ab uberibus illos ma-Strum dimellere, Exoratos ledere, mulieres violare, cunctis quantum possunt, iniuriari, ut nec ipsis Diis pareant, eorum templa deprecari, aras profanare. Rapi virgines, pueros, diuelli liberos a pa-ritum complexu: Hinc Spiritus S. ait, quod inter milites: hæc conuerterentur, & idem significarent, ad bellum procedere, & adulterare ac stuprare. Proinde agens de Philistinorum exercitu, qui ad bellum egrediebantur: hoc quod nostra vulgata lectio legit. *Egressi sunt ad prædandum de castris Philistinorum, tres cunei ad prædandum. Hinc Chaldaus & Græcus textus, secundum Septuaginta: Egressi sunt ad corrup-pendum. Porro apud Assyrianos milites, erat hoc tam frequens & familiare, ut teste Spiritus S. lex esset, quod velut infamis ille miles habe-retur, qui mulierem intactam dimississet, quam potuerat violare: *Ecce est enim apud Assyrios, si femina irideat virum, agendo, ut immundus ab eo transcat. Furta, rapina, depraedationes illis erant tam frequentia, & tam perfrecta ac libera fronte committebantur, ut hæc duo conuerterentur: miles & latro, seu prædo: & communi idio-mate nomina essent synonyma, qui in omnibus, & per omnia idem significarentur. Ita notat Var-ro autor antiquissimus: *Veteres, latrones, milites vocabant. Idem confirmat Sextus Pompeius & eo sic vitior Plautus Poeta celebris: denique sa-cra Scriptura, quos dixit latrones, eosdem dicit milites; dum loquitur de duobus illis latroni-bus, occisoribus Ithoseth: *Erant duo principes la-tronum. Originale legit: *Erant duo principes mili-tum: insinuans tam grauius accipi latrones, ac milites. Hinc deducit D. Hieron. quod aptè volens Hieronimus prædicere, quod Deus mis-surus esset Nabuchodonosor & milites eius ad-uersum Hierusalem, ait: *Adiuces super eos latro-nem repente. Item propheta Oseas, dum describit Ducem exercitus introeuntem, de eo sic loquitur: *Ingressus est fur spoliatus & latro cuius foris. Ecce, (dicunt D. Chrysostom. & D. Ambros.) statum illum, qualis sit, adeo perditum, de-structum, alienum à bono, in plicium occa-sionibus. Nihilominus poterant in eo esse bo-ni & sancti, si militia legibus vellent obtempe-rare;********

Et ita videbis, (ait D. Ambros.) dum etiam milites D. Joannem Baptistam accedunt, eiusdem prædicatione compuncti, quem sic consue-lunt, *quæ faciunt & nos? non eis præcepti, ve-militæ cingulum deponerent, ac ut secundum rationis iudicium, qua regitur, viverent: Audite ipsas regulas. Neminem concutiatis neque calum-niam faciatis, & contenti estote si pœdus vestri. Et hanc ob rem etiam per illos vult Deus nobis pudorem incurrere, & nostros resellere præter-tus in suo hoc Euangelio. Refert D. Hieron. de Sancto Martyre Go. dio Centurione quod inter salutis suæ timores, ex eo quod militiam sequeretur, hoc eum magno opere solaretur, quod videret perfectissimos ac præcipuos. Sanctos ex Gentilitate conuersos, fuisse milites; qualem-nobis hodie ex his vnum proponit S. Euange-lista.*

§. 3. Tribus militibus, quorum duo Hispani, confundit Euangelista vestras obtentiones: inter hos censetur noster Centurio Hispanus.

Tres Capitaneos licet inuenire, qui omnem vitam suam inter amorum tragodes egerunt, & perfectissimum fuerunt fidei exemplar, charitatis, orationis, pietatis, elemo-synæ & iustitiæ prototypum. In tibi Centurio-nem, militem veteranum, emeritum, de quo re-feruntur Euangelistæ: Qui dum Iudæorum po-pulus Christum in cruce pendulum blasphemat, & ut rabidi leones, milites occidunt, fugerunt Apostoli, Iudas eum vendidit, Petrus negavit, & omnes deseruerunt, ecce prodit in medium, incrimidus, audax, & ita caelesti luce perfusus, ut inter medias profundissime noctis tenebras, Christum agnoscat, confiteatur, & filium Dei li-berissime proclamat: *Verè filius Dei erat iste: pri-mus Christi mortui annuntiator & prædicator. Recordor, (ait inuictus ille martyr Gordius fiduciam suam excitans: Centurioni illius, qui ad-hans Crucis Christi, eius diuinitatem per signa ma-ifesta cognoscens, non est veritus Indæi furentis, nomen eius palam sateri, quod enim animo sensit, ore subito manifestauit: *auent, Verè filius Dei erat iste.) Inuere, (monet D. Bernardus) in-ter tam palpabiles tenebras, tantam lucem, & D. B. inter tam horrendas blasphemias tam præcla-ram confessionem: *Vitam in morte agnouit. Vi-detur autem D. Hieronym. in eo conpletum: *Abac-esse quod Abacue propheta prædixerat: *Filius Dei in medio duorum latronum cognoscendū;*****

D. Av. Lib. 1. de Ciuit. c. 5. Tom. 5. 2. Reg. 13. 47. Iudith. c. 12. 11. Lib. 6. de lingua latina. Liv. 10. in mil. Vide Riberam in c. 7. Ose. n. 2. Lib. 2. Reg. c. 4. 2. 2. Hier. 18. 22. Ose. c. 7. 1.